

D. Amandus Polanus D. Pares S. P. D.

Epistolam tuam postridie Natalis Domini scriptam, vir Clarissime,
Domine, et frater honorande, die 25 Januarij accepi: ad quam paucis
respondes, propter publicas & privatas occupationes, quibus extraordinarie
distinor. Quemadmodum Ecclesie fundamentum unicum est CHRIS-
TUS: ita dogmata FUNDAMENTALIA iudico esse, quae sunt de persona
et officio Christi: quae dogmata salva esse nequeunt, nisi tota legis et Evan-
gelij doctrina pure et incorrupte tradatur, ac imprimis articuli fidei
Symbolo Apostolico comprehensi. Ut enim finis legis Christus est: ita
Evangelij subjectum Christus est. Sed etiam nomen de Patre, Spi-
ritu sancto & Ecclesia dicuntur, quia plerumque simul erunt de
Christo sive directe sive consequenter. Essi autem omnia dogmata
Fidei Christiana, cuius summa in Symbolo (Apostolico,
Niceno, Athanasiano, & alijs comprehensa est, fundamentalia recte di-
cuntur: tamen κατ' ἐξοχὴν ea fundamentalia fere semper in profes-
sionem Theozoum scriptis appellari observari, quae sunt de persona et offi-
cio Christi. Nec immerito: quia Christus deus & pater est anima Ec-
clesia, Senator et Mediator unicus, qui nos virtute sui Spiritus sancti
secum et cum Patre coniungit. Unde etiam Ecclesia, quamvis haec res
sint infecta, quoad in Christi nomen profitentur, Christiana Ec-
clesia esse non desinant, quamvis morbida sint, impura, ac nonnunquam
etiam veluti leprosa; ac proinde societas illarum fugienda, tan-
tis periculis convalerant. Jam si quis interroget, an nos et quethe-
ran in fundamenti capitibus verè dissideamus: et pro mensura doctrinae
Lutherana habeatur Augustana confessio cum scriptis dialecticis
Lutheri, Philippi Melancthonis et similium? Respondes, nos non
dissidere, si candidè iudicetur. Nam quod errores Ubiquitarianorum attin-
ent de persona Christi, de providentia, de praedestinatione, de libero
bitio etc. eos in Augustana confessione reperiri, aut fundamentalia
esse nego: ac Ubiquitarianos desertores, Augustanae confessionis esse assero.
Quid igitur? Intraeae laboraturà nobis de faciendâ concordia? Mirum
est si fractum non apud omnes et publicè videamus. Ac videt Lutherani
quod phreneticis, qui se a grotare non sentiunt, & alii a grotare putant
quos sanare nec volunt, nec sciunt, si si vero, quamvis graviter et periculose
a grotent.

92
94
agrotent, remedia tamen omnia repellunt. Nos vero ab Charitatis Christianae of-
ficiis vocati à Deo sumus: proinde DEUM veritatis dies atque noctes oremus, ut o-
culos errantium aperiat, ne porro ad veritatis lucem caecutiant. Si nobis maledi-
cant, bene precemur eis: si male nobis faciant, bonum pro malo rependamus, sicum
Papistis se conjungere cupiant, inculcemus et graphicè degingamuseis, quid à
Papistis expectandum ipsis, quae illorum sit benevolentia in Ecclesias Lutheranas
quam experta sunt Ecclesia in Syria, Carinthia, Carniola, Austria, Ungaria,
Transylvania, & nunc in Silesia, & nomina tunc jam Ecclesia Oppavienfis, quae
à proscriptione nondum liberata, indies majores in jurias perpetitur. Erunt pra-
cul dubio, quorum oculos Dominus CHRISTUS aperiet, & quos nobis cum us-
niet. Caeteri, qui cum Bertia se conjungunt, viderint, & perpendant, quid
in Apocalypsi scriptum sit, de quibus non est necesse me quicquam adjicere. Sed
abrumpto, et concludens epistolam statuo, bonum esse, nos habere inimicos,
Nam si bonum non esset, non permitteret DEUS, cujus favori & praesidio opa-
terno totam Ecclesiam et in eam te tuosque commendo. Vale feliciter, & à socio
meo salve. Basilea die 26. Januarij 1605.

T. J.

A. Polanus.

D. Amandus Polanus D. Pareo S. P. D.

53.

Heri tuas, Vir clarissime, Domine et frater summe offerrende, 30
Januarij, scriptas accepi, et statim cum Venerando socio meo de re, quam
scire expetis, contuli. In nuperis nulla ad me facta ejus mentio: meas
autem jam tibi redditas confido. Nunc respondeo ad id quod quaeris.
Mutationem Confessionis Gallicanae nos non probamus, si ve illa adden-
do fiat, si ve demendo, si ve variando: est articulum de Anti Chri-
sto, quod ad sententiam doctrinae attinet, probamus, et quoties
requirit necessitas, existimamus, et minime dissimulandum.
Et prorsus eadem fuit nostra sententia de articulo illo 31.
qua vestra, nempe, nos minime fuisse consulturos ut inferretur.
Miramur autem ad vos per scriptum, in sententiam articuli illius
à nobis approbatam. Atqui interrogati non fuimus. An rectè
censeremus à Synodo factum quod articulum illum inferret?
et interrogati